

vel consimilia: sed frigidum & siccum terra, frigidum &  
 humidum aqua: humidum & calidum aer: calidum &  
 siccum ignis. Et sic sunt in naturis elementa: tamen ne-  
 quaquam ars potest partes connexas in generatione  
 ita separate, quod simpliciter in elementa quæ fuerunt  
 transmutetur, cum prima natura vnam qualitatem mu-  
 tauit in aliam: taliter ars bene separare potest, vt humi-  
 dum à sicco, frigidum à calido: sed tamen vna qualitas  
 adhuc de naturali commixtione possidet naturam alte-  
 rius in aliqua parte, per hæc possunt per artem vice ver-  
 sa coniungi sicut diuisa sunt, si illud non esset quod vna  
 qualitas participaret naturam alterius, scilicet aqua na-  
 turam terræ in frigiditate, & aer naturam aquæ in hu-  
 miditate, & cæteris: tunc sequeretur, quod naturale o-  
 pus esset totaliter destructum, cum simpliciss. essent ele-  
 menta, sicut antea fuerunt: ante Mercurij generationem,  
 ars destruxisset naturam, à capite incipiens, scil. ab auro  
 & argento vsque ad principium: id est, argentum viuum,  
 & ultra ista principia simplicium elementorum, secun-  
 dum quod antea fuerunt ante Mercurij generationem,  
 ita remotè in arte est impossibile. Si esset possibile, tunc  
 sequeretur quod de nouo extra primam materiam me-  
 tallorum ars componeret elementa, & vice versa ars ge-  
 neraret Mercurium, sicut destruxit, quod impossibile est  
 artificialiter fieri: bene quidem ars destruitur à capite  
 vsque ad pedes: id est, Mercurium à pede ædificans vsq;  
 ad caput in subtiliori forma, cum substantia naturæ,  
 quæ antea fuit ars concedit. Sic diuiduntur species re-  
 rum, cum in aliam formam transmutantur, quam antea  
 fuerunt. Quia dicit Aristoteles: Sciant artifices Alchi-  
 miæ, species rerum transmutari non posse, quod verum  
 est nisi in primam materiam reducantur vel conuertan-  
 tur; id est, in argentum viuum, & ultra hoc  
 non consulit, secus fieri est im-  
 possibile, &c.